

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prosperitas a
cum fonte primo

Nemo frangitur aduersorum molestia qui
prosperorum delectatione non capitur.

Augustinus de sermone Domini libro II.

Inducimur enim, si tales acciderint quas
ferre non possumus. Sed cum
temptationes periculosae, in quas inferri
atque induci perniciosum est, aut
prosperis rebus temporalibus aut
aduersis oriantur,
nemo frangitur aduersarum molestia, qui
prosperarum delectatione non capitur.

Augustinus Hipponensis, *De sermone
Domini in monte*, 2, 9, 34 (CCSL 35, A.
Mutzenbecher ed., p.125, ll.755-760).